

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . episcopo Pragensi salutem et apostolicam benedictionem. Expo|suit nobis dilectus filius . . prepositus generalis monasteriorum beate Marie Magdalene ad Romanam | ecclesiam nullo medio pertine[n]tium in Alamannia ordinis sancti Augustini, quod ipse in . . priorem, . . | priorissam et moniales monasterii sancte Marie Magdalene de Friberch Misnensis diocesis dicti 5 ordinis sibi subjectas pro eo, quod obedientiam et reverentiam sibi debitam ei exhibere indebite denegabant, canonica monitione premissa auctoritate propria excommunicationis sententiam exigente justitia promulgavit, quam apostolico petiit munimine roborari. Quocirca fraternitati tue \*per<sup>a</sup>) apostolica scripta mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam 10 appellatione remota inviolabiliter observari. Datum apud Urbem veterem idibus septembris pontificatus nostri anno primo.

(B.)

*Auf der Plicatur:* N. c.*Auf der Rückseite:* Rodolfus de Valva.

15

609.

*Prior, Priorin und Convent beurkunden den Verkauf von 6<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Mansi zu Gohla an das Kloster Altszelle für 36 Mark Silber.* **Freiberg, 1287 Nov. 26.**

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1185. Die beiden SS. (Fig. 38. 40) an Fäden von gelber Seide.*

!In nomine domini amen.: Nos frater Cristanus prior, soror Cristina priorissa 20 totumque collegium sanctimo[nialium sive penitencium professionis sancte Marie Magdalene in Vriberg omnibus in perpetuum. Quoniam mor|talium non est recordacio diuturna, congruum et rationi consonum iudicatur, ut acta digna memoria ydoneorum viro|rum testimoniis et instrumentis autenticis roboventur. Notum igitur esse volumus tam presenti- 25 bus quam futuri evi fidelibus, quod nos rerum penuria compellente sex mansos et dimidium sites in villa, que Gole vulgariter nuncupatur, cum omni jure et fruct|ibus, prout eosdem m]ansos<sup>a</sup>) possedimus temporibus ab antiquis, vendidimus rite et racionabiliter venerabilibus domino abbati et conventui Cellensis monasterii Cysterciensis ordinis Misnensis dyocesis pro xxxvi marcis argenti monete et ponderis Vribergensis ipsis eos jure proprietatis perpetuo possidendos. Quam pecuniam nobis integre et sine diminucione 30 qualibet omnique relegata dilacione et more dispendio, prout promiserant, persolverunt, qua nostram relevavimus egestatem nobis ea victualia comparando. Verum si processu temporis a quoquam prelato nostri ordinis dictum monasterium pro eisdem bonis vel mansis modo quolibet impeteretur, nos ad warandiam eorundem tenebimur bona fide. Ut autem hujus contractus racionabilis processus debitam sorciatur roboris firmitatem et 35

608. a) per per.

609. a) Verloschen u. Loch im Pergament.